



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 2 . Requiritur-ne status gratiæ ad administrandum Eucharistiæ Sacramentum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

Can. *Præsente*.
dist. 93.

none. Præsente Presbytero, Diaconus Eucharistiam Corpus Domini populo, si necessitas cogat, jussus exoget. Et in Concilio Eboracensi anno 1194. cap. 4. sic habetur. Decrevimus etiam, ut non nisi summa & gravi urgente necessitate, Diaconus Corpus Christi cuiquam exoget.

Quæst. 2. Requiritur-ne status gratiæ ad administrandum Sacramentum Eucharistiæ?

D. Tho. in 4.
dist. 23. q. 1.
art. 3. quæsti.
1. ad 2.

Resp. Est omninò necessarius, ita ut qui dispensaret Eucharistiam in statu peccati mortalis, peccaret graviter, ut enim ait Divus Thomas, Ad reverentiam ipsius in dispensante hoc Sacramentum, non solum exigitur sanctificatio morum, sed etiam Sacramentalis sanctificatio. Vnde & manus Sacerdotis unctio sanctificatur. Si enim Deus exigat tantam sanctitatem ab illis, qui altare propius accedunt, ut secundum sanctum Antoninum, Quo-

S. Anton. in
Confessionali
in 3. p. inter-
rogationum
de Clericis
cap. 11.

tiescumque quis exequitur officium alicujus Ordinis in mortali, ut Acolythatum, Subdiaconatum, & hujusmodi, mortale est. Quamò magis asserere debemus, eum qui in peccato mortali hoc Sacramentum administrat, reum esse peccati mortalis, quippe qui propius ad res sacras accedat, quàm Acolithus, aut Subdiaconus, qui circa vasa, aut circa materiam hujus Sacramenti parandam versantur.

Quæst. 3. Quibusnam administrari non debet Sacramentum Eucharistiæ?

S. Th. in 4.
dist. 9. art. 5.
in respon. ad
1. quæst.

Resp. Ex Divo Thoma, Si peccatum est manifestum, debet denegari Eucharistia, sive in occulto, sive in manifesto petat. Idem habet Divus Bonaventura.

S. Chrysoft.
homilia 83.
in Matth.

Sanctus Joannes Chrysoftomus ait: Non parva vobis, scilicet Sacerdotibus, imminet poena, si quem aliqua improbitate teneri